

**1097** Pars arae superior servata Glasgoviæ in museo Hunteriano; 'inventâ apud *Castlecary* et a Laurentio Dundas Academiae donata' (a. 1771) MON.; alta dig. 15½, lata dig. 11½.

DEAE

Contuli. Monum. Scot. 30 (inde Goughs Camden 4 p. 102); Stuart p. 345 tab. 14 fig. 9.

**1099** Inventum apud *Castlecary* a. d. 1764 et a Laurentio Dundas Baronetto Academiae donatum MON. *Found upon the Roman wall near Castle Cary* AND. Extat Glasgoviæ in museo Hunteriano; lapis longus ped. 3 dig. 6, altus ped. 1 dig. 9.

IMP·CÆS·T·ÆL·AN·  
AVG·PIO·P·P·  
COH·I·TVNGRO  
RVM·FECIT·∞

Contuli. Monum. Scot. 27 (inde Goughs Camden 4 p. 102; Hodgson 2, 3 p. 265); Anderson apud Roy *milit. antiq.* p. 200 tab. 39; Stuart p. 347 tab. 15 fig. 10.

Numerus millenarius videtur postea additus esse in fine. Utrum mensuram operis indicet, quod magis puto, an cohortem fuisse miliariam, quod aliunde constat, vix certo poterit definiri.

**1098** At *Castlecary*, pretty much broken GORD. Ibidem reliqui. Pars arae inferior; servatur in museo Edinburgensi (H 151), ubi dicitur reperta esse at *Craigend*, near *Croy*, errore puto.

Gordon:                      Horsl.:                      Stuart:                      ego:  
P S                              P G                              I P S                              V P S  
SVSLM                              ESVSLM                              V SVSLM                              V·ET·S·V·S·L·N

Contuli. Gordon it. sept. p. 57 tab. 10 fig. 5; Horsley p. 202 *Scotl.* 23 (inde Goughs Camden 4 p. 100); Stuart p. 346 tab. 14 fig. 7; catalogus mus. Edinb. (1863) p. 57.

**1100** *Castlecary*; lapis centurialis rep. a. 1841 in ipsa statione; longus dig. 15, altus 11½. Litterae intra tabellam ansatam. Servatur in museo Edinburgensi (H 145), cui intulit a. 1852 comes de Zetland.

CHO VI  
O ANTO  
ARATI

Contuli. Wilson *prehistoric annals* p. 401; Stuart p. 348 tab. 14 fig. 1; catal. mus. Edinb. p. 56.

**1101** In *Castlecary* vidit GORD. In *Baron Clerk's collection* HORSL. Ubi extet ignoro; erat pars arae inferior.

H BAT

Gordon it. sept. p. 57 tab. 15 fig. 4 (inde Stuart p. 346 tab. 14 fig. 4); Horsley p. 202 *Scotl.* 22 (inde Goughs Camden 4 p. 100).

De cohorte Batavorum cogitarunt editores ambo; sed offendit numerus cohortis omissus. Cohortem I Batavorum habuimus supra Procolitia ad vallum Hadriani (n. 617. 621).

## V. WESTERWOOD, STATIO PER LINEAM VALLI TERTIA?

Accedunt *Croyhill* et *Craigend*.

Ad *Westerwood*, qui est vicus in linea valli situs a *Castlecary* versus occidentem proximus, castelli quidem non magni vestigia observata sunt (Horsley p. 170; Roy p. 160; Stuart p. 343); sed prodiit ibi nihil unquam nec supellectilis solitae nec titulorum inscriptorum praeter tabellam votivam fascino insignitam (n. 1102); unde stationem ibi valli fuisse incertum est. Si fuit, nomen ei fuisse Pexae putandum est secundum Ravennatis testimonium.

Magis versus occidentem a *Westerwood*, a *Kilsyth* oppido vero et a valli linea versus meridiem *Croy* statio viae ferreae Edinburgo Glasgoviæ sita est. Prope eam vici sunt *Croyhill houses*, *Nether Croy* et *Craigend*; castrorum vero Romanorum vestigia nulla extant (Horsley

p. 170; Roy p. 160; Stuart p. 339 s.). Unde in *Croyhill* valli stationem fuisse, ut coniecerunt Gordon et Roy, ne titulis quidem in vicinia repertis, dedicationibus scilicet Marti Nymphis Victoriae positis (n. 1103. 1105) et lapidibus aliquot centurialibus, quos vocant, qui legionis sextae vexillationes eam valli partem fecisse indicant (n. 1106—1108), probari potest; possunt enim illi ex vicina *Westerwood* allati esse aut omnino ad stationem nullam pertinere. Prodiit ibi etiam anaglyphum, in quo repraesentantur milites legionarii, ut videntur, tres gradientes; Severi certe filiorumque imagines esse, ut putabat I. Skinner (*Archaeologia* 21, 1827 p. 455 ss.; Stuart p. 341 tab. 13 fig. 4), nemo facile sibi persuadebit.

**1102** Cippus non magnus, in quo phallus opere anaglypho, at *Westerwood* GORD., qui ibi reperit. Postea apud baronem Clerk (GORD. HORSL.). Videtur periisse, nisi latet.

XAN phallus  
EX·VOTO

Gordon it. sept. p. 56 tab. 15 fig. 3; Horsley p. 200 *Scotl.* 19 (inde Goughs Camden 4 p. 99; Hodgson 2, 3 p. 265; Stuart p. 343) qui addit: *decency forbids me to say any more on this subject, as it obliges me to conceal the figure.*

Litteras in margine superiore ita x vi legit Gordon, x AN (decem annorum) Horsley. Latet fortasse nomen dedicantis.

**1103** Inventus est hic lapis prope oppidum de *Kilsyth* MONUM. Servatur Glasgoviæ in museo Hunteriano, dono Thomae Calder; est arae pars superior alta ped. 1 dig. 8, lata ped. 1.

Mon.:                      ego:  
DEO·MAR                      DEO MAR  
CAMVLO                      //I·CAMVLO  
III C                              // HI | C |  
O                                      /// ORI  
5 SC                              /// IFC | 5  
/

Contuli. Monum. Scot. 19 (inde Goughs Camden 4 p. 100 tab. 4 fig. 6; Hodgson 2, 3 p. 271); Stuart tab. 13 fig. 9 (in textu omissa).

**1104** Ara servata in horto of *Nether-Croy-farm*, prope *Croy-hill* SKINN. Alta erat dig. 38, lata 14. Ibidem vidit STUART.

NYMPHIS  
VEXILLATIO  
LEG·VI·VIC  
P F SVB FA  
5 BIO WBERA  
u . . . . .

I. Skinner *gent. mag.* 96, 1826 I p. 166 et *Archaeologia* 21, 1827 p. 467 tab. 21 fig. 2; Stuart p. 342 tab. 13 fig. 7.

2 VEXILATIO, A PP Skinn. 5 PIO BERA Skinn., BIO BERA Stuart.

*Nymphis vexillatio leg(ionis) VI vic(tricis) p(iae) f(idelis) sub Fabio [Li]bera[li] . . . . .*